

## **Jus Canonicum Practice Explicatum, Seu Decisiones Casuum**

Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos, & ad consuetum Referendi modum accommodatæ. Opus Novum

Complectens alteram Decretalium medietatem, videlicet nonaginta duos Titulos, à Titulo XX. libri III. de Feudis usque ad finem

**Pichler, Vitus**

**Ingolstadii, 1734**

Decisio XCVII. De Donatione bonorum immobilia reali, quam donans revocare intendit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62204](#)



# TITULUS XXIV.

De Donatonibus.

## DECISIO XCVII.

De Donatione bonorum immobilium

reali, quam donans revocare intendit.

### SPECIES FACTI.

**E**leonoræ, primæ nobilitatis vidua, opibus quidem prædives, prolibus autem destituta, germano fratri suo, nomine Materno, specialiter dilecto, donavit integrum dynastiam, multiprædijs, partim allodialibus partim feudalibus abundantē, ut Maternus ejusq; descendentes Masculi post ( R. P. Pichler Decis. T. 2. )

obitum Eleonoræ eam plenō jure  
haberent & possiderent ( daß Er  
( Maternus & descendentes ) wann  
Er sie ( die Frau Eleonoram )  
überleben würdet / besagte Güter  
eigenthumlich haben und behalten  
solle / sunt formalia ) reservato ta-  
men usufructu integro ad dies vitæ  
suz. Hanc donationem , quam

G

Ma-

Maternus lubenti & gratissimo animo acceptavit, promissō vicissim donatrici pleno dictorum bonorum usufructu, ut Eleonorā magis firmaret, Maternū per procuratorem in actualem possessionem cum omni solennitate mitti curavit, impetratā etiam à Principe loci confirmatione initi pacti & cessionis factarē, atque in bonis feudalibus etiam actuallī investiturā. His peractis securissimum se judicabat Maternus in possessione bonorum sibi donatorum, licet nondum frugiferā, cūm usumfructum ad dies vitæ sibi reservaverit Eleonorā donatrix; sed post 14. annorum perjodum hinc inde ex rumore, ac postea etiam ex literis Eleonorā haud obscurè intellexit, quod illa, dum in ultima fene&tute ad secunda vota convolavit, bona cessa & donata meditetur revocare, ac in alium transferre. Quapropter, ut præveniret omnem turbationem in jure & possessione jam quæsitis, omnēque periculum ea amittendi prævertebat. Judicem

adiit competentem, ac petit Eleonorā citari ad videndum se manuteneri in possessione bonorum, cāmque ad servanda pacta condemnari. At illa primo quidem opposuit exceptionem sui declinatoriam, pōst autem, ubi vidit hanc exceptionem frustrare, transiit ad exceptionem actionis nondum natā, p̄tendens, dispositionem de bonis prædictis & ceteris. Etiam non fuisse actum inter viros, sed donationem mortis cauſā, proin semper pro libitu revocabilem, sibi que plenam adhuc potestatem esse aliter de ipsis disponendi, ac relinquendi, cuicunque vellet. Et hinc exarsit duplex quæstio.

1. Et principaliter, an dispositio, quam in favorem fratris sui ac descendantium fecit Eleonorā, ab ea adhuc revocari & immutari possit?

2. An exceptio actionis nondum natā locum habet?

QUA.

## QUÆSTIO I.

*An dispositio, quam in favorem fratris M-  
terni ejusque descendantium fecit Eleonoræ, ad-  
buc revocari & immutari va-  
leat?*

## Rationes dubitandi.

Pro libitu adhuc revocabilem es-  
se, principia Juris & Facti vi-  
dentur evincere: *Juris quidem,*  
*qua qualibet ultima voluntas, &*  
*dispositio mortis causâ, usque ad ex-*  
*tremum spiritum ambulatoria, ac*  
*pro libitu revocabilis est, ut habent*  
*clarissimi textus in L. 4 ff. de adim.*  
*Lig. & l. 22 ff. de Legat. III. & DD.*  
*uno ore omnes. Factum autem, cùm*  
*Eleonoræ nunquam intenderit per*  
*actum & donationem inter vivos,*  
*ad eoque irrevocabilem, sibi manus*  
*ligare, ac liberam admere potesta-*  
*tem de bonis suis aliter disponendi,*  
*partim quia nemo præsumi debet*  
*ita liberaliter res suas jactare velle*  
*per donationem, qua tantopere sibi*  
*præjudicaret per actum mere gratui-*  
*tum, ita ut censi rebeat sibi vo-*  
*luisse omnem potestatem aliter*  
*deinceps disponendi admere; sicut*  
*enim nemo præsumitur absolute res*

*suas jactare, ita quilibet præsumen-*  
*dus est eas jactasse eo modo, quo*  
*minus gravatur: partim quia Eleo-*  
*nora in sua dispositione & possesso-*  
*nis postmodum concessione sibi ex-*  
*presce reservavit liberam potesta-*  
*tem de bonis cessis disponendi, et*  
*iam per testamentum, & fratrem ad*  
*successionem, quod verbum denotat*  
*ultimam voluntatem, vocavit, his*  
*nimirum verbis: Dass ich Zeit meines*  
*übrigen Lebens / und bis zu meinem*  
*absterben / dass Hauss und Herrs-*  
*chaft B. samt allen darzu gehö-  
rigen Jurisdictionalien / Rechten /*  
*und Gerechtigkeiten / auch übrigen*  
*Höfen und Güteren/ als deren wah-*  
*re Eigenthumerin / in ruhigem Bes-*  
*sitz behalten / Renten und Althomb-*  
*sten davon bis an mein End unbeein-*  
*trächtigt geniessen / und sonst den*  
*da mit schalten und walten möge/ gleich*  
*mit übrigen eigenthümlichen Haab-*

nd Güteren / außerhalb allein /  
dass meines Herren Bruder hoffent-  
lich verlöhner Sohn ( oder jedoch  
sonst vorerwenter massen ain von  
dieselben Fräulein Töchteren in  
meiner Testamentarischen dispo-  
sition ausssehen und benennen werde )  
mir in obgedachten Güteren nach  
meinem Ableben succediren sollen.  
Conformiter huic reservationi pe-  
nit à fratre donatario reversales lit-  
teras, quas ipse etiam dedit hoc te-  
nore : Dennoch die verwitliche  
Freyfrau - meine vilgeliebte Frau  
Schwester eine beliebige donation  
oder disposition der Herrschafft B.  
cum appertinentiis &c. mir und  
meinen Kinderen zum faveur frey-  
gebig vermacht und zugeleget hat /  
als thut hiemit kund / und erklere /  
dass / gleichwie wohlgemelte mein  
Frau Schwester mit allem dem ihrigen  
nach Wohlgefallen zu disponieren  
und zu ordiniren vollhomment-  
liche Macht und Gewalt hat/ also ich  
und die Meinige sie darinn mit allein  
niemahlen behinderen / noch das  
jenige / welches sie ihrem Belieben  
nach eintwiders inter vivos verge-  
ben / oder mortis causâ disponieren  
und vermachen wird / sondern in al-  
lem genehm und gut heissen / auch  
gar dessen Vollziehung in allem be-  
fürderen helfen werde / und erklere  
mich zu mehrer Verstherung dieses  
der ganzen Erbschafft verlustiget  
wollen zu seyn/ wofern ich oder die  
Meinige im geringsten meiner vilge-

liebten Frau Schwester letzten Willen  
wurden widerstehen / oder die ge-  
machte Legata, deren syen will oder  
menig / zurück halten, oder amige-  
ley weiss disputiren wollen. Si ergo  
donatio mortis causâ sic non tan-  
tam illa, ubi expressamentio mor-  
tis intercedit, sed etiam, ubi libera  
refervatur potest alienandi usque  
post mortem, Berlich. p. 2 <sup>vol.</sup>  
§ 1. Stryck. de cauel. contrat. sed. 3.  
c. 8. §. 21. seqq. indubitate erit,  
hanc, de quo loquimur, dispositio-  
nem Eleonoræ donationem mor-  
tis causâ fuisse, proin revocabili-  
lem.

Nec obstat, quod Eleonora  
possessionem bonorum donatorum  
dicatur concessisse, cum repugnet  
eandem rem, à duobus possidenti  
in solidum eodem possessione go-  
nere; nam Eleonora non solum  
retinuit possessionem naturalem &  
corporalem cum perceptione fra-  
ctuum, sed etiam civilem seu cum  
animo & opinione dominii, quod  
sibi reservavit per diserta verba, als  
wahre Eigenthümerin Zeit Lebens  
in ihrem Besitz haben solle: ergo  
fratrem ne quidem poruit simul in  
ijsdem bonis possessorum facere, &  
si id fuisset attentatum, ille actus  
viribus caruisset tanquam ad impo-  
sibile ordinatus.

Accedit, quod transmiso e-  
tiam, quod dispositio Eleonoræ ful-  
let actus inter vivos, is tamen quo-  
ad pacientes & contrabentes nul-  
lus

ius ac invalidus existit et in provincia, ubi celebratus fuit, propter deficitum debitam fealditaris; in illa enim provincia existat statutum, ut si donatio inter vivos sub conditione reservati ususfructus, evacuatio fiat intra annum & diem, atque in fealdibus coram Curia Feudali;

### Rationes decidendi.

UT ut autem haec non levem veritatis apparentiam habeant, longe tamen verius esse censeo, Junque & facto magis consentaneum, quod Eleonoræ dispositio, in favorem fratris Materni, & humi-descendentium Masculorum facta, actus & donatio inter vivos fuerit ad eoque irrevocabilis sit. Id quod merito perlucideant sequentia argumenta.

Argumentum I. - Donatio inter vivos, non mortis causâ, censetur esse, quoties in dispositione, vel donatione, aut cessione, non fit exceptio mortis, etiam si dispositio heret à moriente (qua tam hic ab optimè adhuc valente facta esse nollebitur); l. Seis 42. & fin s. de mort. caus. donat. non obstante, quod executio referatur in eventum mortis, vel post mortem (quod solum hic contingit) l. Seis. cit. Menoch. de Presump. l. 3, presump. 36, n. 1. Hilbig. in Danielian lib. 14, c. 33, Litt. C.

atqui Eleonora non evanuavit bona donata, dum retinuit possessionem, nec in fealdibus coram Curia Feudali, sed solum coram Notario, & testibus ea tradidit: ergo,

& ceteri DD. pleriq; omnes. Sed Eleonora neq; in sua prima dispositione, qua sic habet: das ihr ältester Herr Bruder (Maternus) Herr von M. aus sonderbahr gegen ihm getragnen propension wegen thy in alle Begebenheiten erzeugten aufrichtigen treu und Brüderliche Wohlgewogenheit / wann er sie überleben / wie auch sein ältester Sohn und descendenter Mannlichen und Weiblichen Stands / jederzeit der Aeltestse / das Haus und Herrschaft B. samt allen dargugehörigen dependentien ic. als ihr Lehen. Successor eigenthümlich haben und behalten solle. Dafern aber (hic ponit novam dispositionem) ihr besagter Herr Bruder mit Mannlichen descendenter nit sollte versehen werden, oder sienit erleben / solchen fahls sollten desselben Fräulein Tochter / und deren künftige descendenter / und zwar in ordine, vorerst diejenige / so sie hiernächst in ihrer letzten Willens disposition zu einer

G 3

einer Erbfolgerin benennen werde / ermeldetes Haß und Herrschaft ic. aigenthumlich haben und behalten / und ihr darinn succediren : - alles jedoch mit dem reservat, und ausdrücklichem Beding / dass sie Zeit ihres übrigen Lebens all ermeldete Güter in ruhigem Besis behalten / die Kenntnen und Abkomsten davon bis an ihr End unbeeinträchtigt genüßen, und sonst damit schaffen und walten möze / gleich mit ihren übrigen aigenthumlichen Haab und Gütern außerhalb allein / wie vorbemeldt das ihres Heren Bruders von dem allerhöchsten verleyhender Sohn - - ihr in obbemeldten Gütern succediren solle. Neque in prima, inquam, dispositione ullam mortis mentionem fecit, nisi præcisè quad executionem, ut post obitum frater hæc bona habeat & retinetat; neque in actuali immisione in possessionem in dicta bona feudalia, & allodialia plura, quam ipsi absolute & sine ulla mentione mortis dari per procuratorem voluit effectu secuto, solumque usumfructum sibi reservavit. Clarum preinde est, quod non intuitu mortis dispositionem fecerit, sed solum ejus effectu post morte suam differri voluerit, seu quod sine mentione mortis ipsam donationem fecerit, licet pro ejus executione tempus mortis statuerit. Ergo Eleonoræ dispositio, actuali in possessionem immisione munita, non fuit donatio mortis causa, sed actus ia-

ter vivos & irrevocabillis; siquidem ubi dispositioni adjicitur dies incetus, at certò exstirus, uti est dies mortis, dispositio statim valeretur soluta, licet non statim veniat dies, seu executio dispositionis interea suspendatur, donec mors evenienti. 46. ff. ad S. C. Trebellian. Mantic de coniect. ult. vol. I. 2. tit. 18. n. 21. Brunem. ad l. 75. ff. de condit & de monstr. & ad l. 3. l. 5. C. quando dues legi, Stryck. ad ff. lib. 36. iii. 2. §. 2. Menoch. pres. 35. n. 4. lib. cit. allegans Baldum, Alex. Jas. Socin. Dc. Boer. Natta, & alios, ubi hoc ponit formalia: quando mortis mentitur est solum per modum dilatioris, qua solum in verbis executivis, ut sequenti fundum donaret, reservato sibi subterdū (uti plane hic contigit) usque in tempus mortis, donatio dicatur in terram. Gratianus autem 10. 3. discept. 536. n. 10 sic ait: mentio mortis producit effectum dilativum, non facit donatum mortis causâ, sed inter vivos, quæ donat diceret: volo, quæd hæc bona, que mihi bode in vita dona, habeas post mortem.

Argumentum 2. In eadem dispositione præter usum fructum aliud sibi non reservavit Eleonora, quam potestatem faciendo legata, die etiam von ihr vermachende legata, quæ donatarius præstare tenetur, & econtra expresse concessit fratri donatio simultaneam secum inveltituram in favorem filiorum fratris, das er zugleich nebensieh würdiglich belehnet werden auch in

solcher qualität bey den unteren Ver-  
sammlungen der Manns, Cammer  
hinsichtlich erscheinen möge, ergo ni-  
hil aliud sibi reservavit; nam reser-  
vatio unius ostendit, omnia alia non  
sunt reservata. Nata *conf.* 661. n.  
10. lib. 4. ergo nec potestatem de  
proprietate & dominio Utili ulterius  
disponendi, sed solum de fructibus  
suum vita, & solum ex iis facien-  
dilegata. Neque revocabilitas feu-  
dali factam declarationem voluntatis  
admitteadi simultaneam fra-  
tis, & postea actu etiam indultam  
investituram est penes donatorem,  
icut nec penes ipsum est dominium  
directum. Id quod solide confi-  
marur ex verbis eidem dispositioni  
actus, zu dessen wahrer Ueckund-  
und danachero Verbündlichkeit ist  
dies in duplo aufgefertigt, und  
von beider seits Theilen selbsthändig  
unterzeichnet worden. Notetur  
verbum Verbündlichkeit, quod in  
alma voluntate vel mortis causa  
donatione locum non habet, utpo-  
tadlibitum revocabili ex natura  
sua. Nam obligatio standi actui  
tolit revocabilitatem, & non mi-  
nus, in magis inducit præsumptionem  
actus inter vivos, quam ad-  
dicta clausula de non revocando,  
quæ tamen facit, ut donatio, quæ  
alii fuisse mortis causa, evadat &  
præsumatur esse actus inter vivos,  
ad eoque irrevocabilis. Textus in  
*l. s. & l. fin. C. de revoc. donat.* Vul-  
teius in *Conf. Marpurg.* 45. n. 19.  
vol. 4. Bachov. ad *Treutl.* vol. 2. d.

19. th. 9. litt. A. Garpzov. in *Jurispr.*  
*For.* p. 3. *conf. 1. def.* 39. Gutierrez  
de *Juram. Confiem.* p. 1. c. 12. n. 2. & a-  
lli innumeris.

Argumentum 3. Eleonora  
non solum donationem fecit bo-  
norum tam allodialium, quam feu-  
dalium sine ulla mentione mortis  
ipsam dispositionem afficiente, utpo-  
te quæ solum executionem specta-  
bat, sed etiam insuper sine ulla  
mentione mortis, etiam executio-  
nem tantum spectante in actualem  
possessionem eorumdem bonorum  
allodialium inititit, ac in feudali-  
bus insuper etiam investituram fra-  
tri concedi voluit, solo sibi ufu-  
fructu reservato, in modo post obitum  
Domini directi Eleonora à succe-  
sore Investituram non amplius pro-  
se petijit, sed solum fratrem in iis in-  
vestiri voluit: quod sicut in dona-  
tione mortis causa non est necessari-  
rium, ita est manifestum indicium  
actus inter vivos; si enim dona-  
tarius per ejusmodi immisionem  
in possessionem, pacta conventa,  
concessas investitureas securus non  
foret, sed revocationem timere de-  
beret, non apparet, quæ ratione  
cessio bonorum tam allodialium  
quam feudalium, quam facit vivens,  
firmitatem habere posset, nihilque  
aliud foret talis cessio quam ludus  
& nugatio, quæ utique honestum,  
ne dicam Nobilem, animum dedecet  
& nullatenus præsumenda est. De  
Feualibus ratio specialis adhuc mi-  
litat contra revocabilitatem postin-  
dul-

dultam Investitram; siquidem hæc adēd firmum jus tribuit, ut nec in Domini directipotestate amplius sit jus inde alicui quæ situm rursus tollere. 1. Feud. 3. 1. feud. 17. cap. si quis investierit. Bart. & Jafon in l. 5. pr. ff. de condit. caus. dara. Roland. à Valle cons. 2. n. 44. lib. 1. quia dominus feudi casu, quo in diem mortis concedit feudum viventis, non de rebus viventis, sed de proprijs, in eventum mortis disponit. Schrader. de feud. p. 3. c. 2. n. 17. 18. cum Bald. Alv. Matth. de Afflictis &c. quanto minus igitur Eleonoræ, quæ solum consensum dedit, competit potestas jux fratri Investituræ quæstum turbandi aut per revocationem admendi? Et si hoc, etiam cum consensu Domini directi, attarent, & feuda Investiti in tertium actualiter transferret, Investito competenter actio revocatoria. Hartm. Pistor. l. 2. q. 20. n. 25. Struvius in syneagm. Jur. feud. c. 9 §. 16. Argum. 4. Non censetur esse donatio mortis causa, etiamsi fiat donatio cum mentione mortis. 4. si præcessit causa donandi vel relinquenti, Menoch. l. 3. pr. 35. n. 20. Bocer. in tract. de donat. c. 5. n. 18. ut est causa meritorum. Mantica de conject. ult. vol. lib. 1. tit. 13. n. 14. Mâscard. de probat. concil. 561. n. 22. Hartm. Pistor. l. 3. q. 8. n. 7. vel causa consanguinitatis. Socin. Senior. vol. 1. cons. 177. vol. 2. Rol. à Valle cons. 61. n. 49. vol. 1. Menoch. n. 39. Hartm. Pistor. n. 10. Nicol. Everhard. cons. 171. n. 6. Præsertim 2. si præcessit causa donandi obligatoria. DD. citati. 3. si dispositio non respiciat favorem unius tantum personæ, sed etiam hæredum & descendientium. Menoch. n. 7. Bocer. n. 26. cum aliis. 4. Si dispositio insinuetur, aut ejus confirmatio pertinet, utpote non necessaria in donatione mortis causa, inquit innulla. I. fin. C. de donat. mort. caus. Jafon. inf. 6. col. 3. lib. 3. Gravetta cons. 214. n. 16. Menoch. n. 34. Demum. si dubium est, an donatio sit mortis causa vel inter vivos, ut habet communis DD. sensus cum Bocer. decif. 354. in pr. ex 1. 27. b. 22. §. 1. ff. de mort. caus. donat. quia donatio inter vivos est donatio magis proprie. dicta, adeoque ipsa venit nomine donationis, quando non clere probatur mortis causa donatio. Aqui dispositio Eleonoræ facta est ex causa tam consanguinitatis ac illius, quam meritorum, wegen erzeigt in aller Begegnheit trennungsrichtiger Freundschaft und Bruderlichkeit wohlgewogener propension imo facta est aliquo modo ex obligatione; siquidem maritus Eleonoræ, a quo ad ipsam pervenirent bona donata, expresse voldit in suo testamento, ut ea relinquant vel tradat uni ex familia Eleonoræ maleculina sub certo onere, immixtum gerendi nomen & insignia matriti; ergo Eleonora habuit obligacionem non alienandi dicta bona extra suam familiam; licet enim determinate obligata non fuerit hinc suo

suo fratri donandi vel relinquendi, fuit tamen obligata indeterminate, & disjunctive huic vel alteri ex sua familia ea relinquare. Item hæc dispositio non respexit unam personam, sed etiam hæredes ac descendentes masculos. Ac insuper insinuata & confirmata est apud Dominum directum, atque robورata per actualem immissionem in postflosionem ac Investituram. Denique ex hucusque dictis evidens est, saltem dubium esse ( licet non mihi ) an hæc dispositio fuerit mortis causâ vel inter vivos donatio. Ergo non censeretur esse donatio mortis causâ, sed præsumatur fuisse donationis inter vivos.

Argumentum 5. Ipsa Eleonora in *Acta n. 9. 12. 13. 14.* suam dispositionem, præterim circa bona allodialia, disertè vocat verbis Latinis *donationem inter viros*, & germanicis em *Gaab unter den Lebendigen* / salvo tantum usufructu ad dies vite, mit Vorbehalt des *Genusses und Leibzucht*: ergo, licet in aliis partibus dispositio (nam successivæ facta est) abstrahat Eleonora, an ius dispositio sit donatio mortis causâ vel inter vivos, hoc tamen posterius universim præsumendum est, partim propter *l. 77. ff. de ha- redi. inst. ex qua eruitur quod*, si in una parte dispositio exprimatur donatio inter vivos, tota censetur inter vivos: partim quia hæc dispositio, licet successivæ contingit, tamen pro una totali habenda

{ R. P. Pichler-Descr. T. 2. v. }

est, præterim quia mens Mariti Eleonoræ, quam attendere debuit, manifeste co collimabat, ut omnia sua bona, in Eleonoram translata, ab hac devenant ad unum, ad conservandum florem sui nominis ab alia familia deinceps gerendi.

Argumentum 6. Literæ reversales Materni, quas ipsa Eleonora præscriptis & dictavit *10. fere annis post factam primam dispositiōnem*, hanc expresse appellat *donatiōnem*: dein in propria duplica agnoscit & fassa est, *eam de Jure non subsistere ut donationem mortis causā*: ergo ut donatio inter vivos de Jure debet subsistere, ne dispositio penitus intereat. per *l. 3. ff. de tifam. Milt. Bocer. n. 4.*

Argumentum 7. quod solum sufficeret posset. Ad valorem donationis mortis causâ requiritur solennitas *5. testium. l. fin. §. ult. C. de Codicil. ibi: in omni ultima voluntate, excepto testamento, 3. testes debent adhiberi, l. fin. C. de donat. caus. mort. Berlich. p. 3. concl. 2. n. 8. segg. & alii DD. pastimi.* Atque ob hunc ipsum debitæ solennitatis defectum Pars adversa in duplice agnoscit, hanc dispositiōnem non subsistere ut donationem mortis causâ: ergo.

Atque ex his argumentis manifestè deducitur, dispositiōnem Eleonora fuisse actum & donatiōnem inter vivos, & quod inde necessariò consequitur, irrevocabilem esse, ita ut bona semel Materno donata in aliū alienare negaretur.

H

cam

amplius. l. perfecta 4. C. de donat. quæ sub mod. l. 17. C. de donat. V. blandiri ei- bi. præsertim postquam actualis tra- ditio per concessam possessionem & Investituras facta est. l. possessionem 3. C. de rebus donat. cùm contractus & conventiones hominum ab initio quidem sint voluntatis, post perfec- tionem verò fiant necessitatis. l. sicut 5. C. de Obl. & act. Knipschild de fideicommiss. c. 16. n. 45. aliisque

omnes. Posserque moderna Elec- noræ intentio & mutata mens ex eo etiam merito suspecta reddi, quod in ultima æratæ, in qua multum de- dicere solet & ratio & memoria meditetur nuptias, & revocatis ho- nis novi sponsi amores, quos forsa alia sperare nequit, mercari inten- dat.

## Confutantur Rationes dubitandi,

**P**rima & præcipua omnem ex hucusque dictis vim amittit, ex quibus ita constat, dispositio- nem Eleonoræ donationem inter vivos fuisse, ut nullum supersit dubium probabile, nullusque præsu- mendi aliud locus, nimirum quia suæ dispositioni & cessioni nullam adiecit mortis mentionem, & hanc solū ad executionem retulit: quia sibi obligationem, eam Verbiund- lichkeit/ imposuit, solūque usum- fructum & potestatem faciendi le- gata sibi reservavit; quia actualem possessionem bonorum donato- rum, ac in Feudalibus insuper Inve- stituram fratri Materno procuravit: quia donationem fecit ex causa con- sanguinitatis & meritorum, imò ex aliqua obligatione, & quidem non in favorem unius, sed etiam hære-

dum: insinuationem ejus & confir- mationem petuit apud Judicem & Dominum directum: quia ipsa E- leonora suam dispositionem voca- vit donationem inter vivos, & ut donationem mortis cauſa non posse subsistere agnovit; quia debi- tam solennitatem in omni ultima voluntate necessariam non adhibuit. Dum meminit dispositionis testame- tariae, ad alteram partem suæ dispo- sitionis retulit, & ad casum, quo frater Maternus sine filio decederet, plures tamē filias relinquere, quo casu non absolutè sibi reservavit po- testatem alienandi bona per testa- mentum in aliam familiam, sed solū determinationem personæ, quæ ex filiabus haberet bona. Ver- bum succedere post mortem, & re- servatio administrationis ac ulu-

fuctus ad dier vice , der freyett  
Schaltung und Waltung und Ghe-  
wisses biß an iher End / bene con-  
cordantur cum donatione inter vi-  
vos , quia solum indicant , quod do-  
nariis in usufructu & administrati-  
onem bonorum donatorum succe-  
dere possit primam post mortem  
Eleonoræ , adeoque executio-  
nem spectant , non verò donationem  
ipsum & actualē cessionem  
afficiunt . Stryck , de caus . contract .  
lib . 1 . 9 . f . 10 . Ad Summum  
possent dictum verbum & reservati-  
o fons denōrare pactum de futu-  
ra successionē initū : verū hoc  
etiam supposito , minimè conces-  
so , nihil inde Eleonoræ proficuum  
intererit ; siquidem hujusmodi pa-  
tialuccesloria vi universalis con-  
suetudinis velut actus inter vivos  
valēt irrevocabiliter , præsertim in  
familij illustribus , ubi vigorem le-  
gi obtinent . Klock . cons . 50 . 10 . 3 .  
1 . 2 . 6 . 11 . Gail . 2 . obser . 127 . Schön-  
born Politior . lib . 2 . 1 . 13 . ubi multa  
telet exemplar . Quid spectat ad  
literas Reversales Materni , probē  
notandum est 1 . quod Maternus  
in iis Eleonoræ non attribuat po-  
tentiam disponendi nisi de bonis ad-  
huc suis , von dem iherigen , quo nomi-  
ne non veniunt bona jam anteces-  
derent donata vel alteri cessa , neque  
feudalia . 2 . F . 26 . cap . in generali .  
proin notandum 2 . quod , dum ip-  
sifacetur potentiam faciendi legata ,  
& se obligat ad ea præstanda , non  
egnoverit potentiam legandibona

immobilia . sibi iam donata , quæ  
non amplius erant sua , seu Eleono-  
ræ , sed mobilia & fructus & alia in do-  
minio Eleonoræ adhuc existentia ;  
siquidem Eleonora , quando has  
reversales petuit à fratre , influen-  
tit seu verē seu simulatē , quod ve-  
lit scribere hæredem universalem  
(nam & alia adhuc bona posside-  
bat ) intendat tamen aliqua facere  
legata , quæ ut certius darentur exe-  
cutioni , assecurari a fratre voluit  
per reversales .

Secundaratio dubitandi siquid  
prober , probat , Eleonoram non  
amplius habuisse possessionem bo-  
norum donatorum , eò quod actua-  
liter & solenniter possessionem illo-  
rum concesserit fratri Materno , &  
eadem res à duobus in solidum pos-  
sideri nequeat , ut vult objectio .  
Sed reūius adhibetur distinctio di-  
cendo , quod Eleonora , cùm si-  
bi reservavit den ruhigen Besitz /  
Renten / und Einkunfftten , item  
zuschalten und zuwalten / seu ad-  
ministrationem , possideat quidem  
bona donata quoad usumfructum  
& administrationem , Maternus au-  
tem quoad proprietatem & domi-  
nium , quod non repugnat , vel  
quod Eleonoræ possit natura-  
lis , seu mera detentio , & quoad  
usumfructum quasi civilis , Materni  
autem possessio quoad proprieta-  
tem sit vera & civilis simpliciter  
quoad usumfructum verò & admi-  
nistrationem pro nunc nulla . velz  
quod Eleonora sit quidem adhuc in

possessionem, at non possidens. Besold. cons. 57. n. 244. nam. eum, qui tantum usumfructum habet, possessorem non esse. Vulpianus script. l. 17. §. 1. f. qui satia. cog. nempe civiliter seu cum opinione domini, licet sit in possessione naturali; nam naturaliter videtur possidere is, qui usumfructum habet. l. 12. de acquir. vel amitt. poss. & ibi Bruneman. D. à VVidmont ad. d. iii. n. 35. Proin Eleonoræ & Materni possessio eorundem bonorum non est ejusdem rationis, consequenter non incompollita. Nec huic distinctioni obstarat, quod Eleonora in sua dispositione & reservatione se nominet proprietariam, als ein wahre Augenthumerin: licet enim tempore dispositionis verè fuerit proprietaria (quod non negatur) atque ideo reservare sibi potuerit usumfructum, liberam administrationem, ac detentioem, imo & possessionem, postquam vero suam donationem actuali traditione, in possessionem immissione, Investiturā, & quidem repetitā, complevit & perfecit, simul possessionem civilem & veram quoad proprietatem dimisit, & in fratrem transtulit unā cum proprietate, uti verba, quæ in Aduis n. 9. 13. 14. occurunt, manifeste indicant, mirum hæc, die possessionem ausgangen: den Besitz sich zu entwehren: und hingegen Herrn von M. (Maternum) darin zusehen. Item Auszräumung (evacuatio) Auszgang aus der possession &c. post

hæc, inquam, non amplius permaneat proprietaria, tñ Augenthumerin / sicut nec possidens, ein Besitzerin / verè & civiliter. §. 49. 44. Inst. de rer. divis. l. 20. l. 31. f. ut acquir. rer. domin. l. 3. §. 20. f. de acquir. vel amitt. poss. Imo per ipsam retentionem usumfructus rerum donatarum transfertur possesso. Tuschus lit. P. concl. 424. n. 1. cum Baldo, Dyno, Castro, allegans l. quis C. de donat. Sicut etiam per investituras, saltem propriam (quæ hic data est) transfertur possesso & dominium seudi. Matth. de Act. dict. decis. 209. n. 14. 15. Tuschi cit. n. 12. Proin particula alio quam adhibuit Eleonora (als wahre Augenthumerin) nunc post alienatum dominium & possessionem translatam aliud non significat nisi ad instar, aut velut proprietaria, & non amplius idem denotata ac tanquam proprietaria.

Tertia tam diu manet inefficax, donec concludenter probetur exhibitus Edictū & Statuto Locali (quod hucusque nondum est factum), atque ideo fieri non posse non obscura est præsumptio aliquid substantiale in concepta Materno possessione & imperata Investitura omisum fuisse contra tenorem Edicti, clausulâ irritante manu: si quidem per se & spectato Juro Communi non est necesse, ut eva- quatio bonorum donatorum sub reservatione usumfructus fiat intra annum & diem, præsertim quatenus?

res evacuatio dicit possessionis me-  
re naturalis dimissionem, neque ut  
immissio in possessionem in bona  
allodialia coram Judice i vel in  
feudalia coram Curia Feudalē  
fiat.

## QUÆSTIO II.

*An exceptio Actionis nondum nata ba-  
beat locum ?*

Sine ambagibus R. negativè, h. c.  
Eleonoræ non potest Maternus  
repellere ab agendo ad  
se manutendum in bonis donatis  
&c. per exceptionem actionis non-  
dum natæ. Ratio fluit ex hucusque  
disputatis & decisis, ex quibus clari-  
tet, Eleonoram ex una parte non  
amplius posse cessionem bonorum  
suum revocare, aut de iis aliter  
disponere, propter pacta conven-  
tu, & donationem inter vivosexe-  
cutioni datum, & immissione in  
possessionem ac Investituris robora-  
tum: ex altera vero parte patet ex  
*ad n. 16. adjuncto sub n. 2.* Eleonoræ  
intendere ac niti factam dispositio-  
nem, donationem, cessionem  
callare, revocare, tollere, & no-  
vam Investitaram pro se sola, ex-  
cluso fratre, jami investito,  
quarere, bonaque in aliud trans-  
ferre. Ut igitur hos conatus E-  
leonoræ impedit, sibiique ac de-  
scendentibus provideat instituta-  
zione, quæ utique nascitur  
contra nitentem pacta conventa  
violare, aut dominium vel posses-  
sionem rei turbare molientem, ad  
conservandum & tuendum jus  
quæsum per viam Juris, & ad  
se manutendum, justissimam  
habet causam; cum satius sit jura  
conservare illæsa, quam post vul-  
neratam causam remedium quæ-  
rere. Id quidem fateor, quod  
Maternus nunc, & ante diem o-  
bitus Eleonoræ, nequeat agere  
executivè, usumfructum vel ad-  
ministrationem bonorum sibi do-  
natorum petere, cum dies non-  
dum venerit, & actio ad id nec-  
dum complete nata sit; pro-  
hiberi tamen non potest, quin pe-  
tit à Judice declarari. Eleonoram  
teneri bona à se jam alienata  
in suo statu relinquere, & in aliud  
non transferre, aut revocare

H 3

am-

amplius non posse: cum Iura velint servari & custodiri pacta conventa. c. 1. 3. de Part. l. 7. §. 7 f. eod. præser-  
tim quæ speciale nomen habent,  
ut pactum donationis, & quæ cau-  
sam, seu quæ traditione sunt com-  
pleta; quæ omnia reperiuntur in  
nostro casu. per vulgaria; cùm in-  
duant naturam contractus. In d.  
donationi simplici non solùm Mo-  
res, uti pactis nudis, sed etiam Iura  
tribuunt actionem. l. 10. C. eod. l.  
35. §. ult. C. de donat. Accedit, quòd  
Materno etiam competit reme-  
diūm possessorium, tanquam solen-  
niter immisso in possessionem, sci-  
licet interdictum uis possidetis ad reti-  
nendam possessionem vel ad manu-



tentiam. §. 4. Inst. de interd. l. 1. §.  
1. 4. seqq. ff. ut possidetis. Klock.  
to. 3. cons. 153. n. 11. & quidem in  
specie contra donantem, qui obi  
refervavit usumfructum. Menoch.  
de retin. possess. remed. 3. n. 23. Ex qui  
bus consecutarium est, Maternum  
recte intentasse actionem ad serva-  
dum pacta convenia, & interdum  
ut possidetis ad se manutendum in  
possessione, consequenter exceptio-  
nem actionis nondum natu  
frustraneam  
esse.